

1167 factum est audiuit, sed cum indignatione
 irrisoria respondit: Per sanctum abbatem et
 abbatissam, ipse non manebit tibi. Misit ergo
 primo, misit secundo et tertio, ut pater sibi red-
 deretur, sed cum ab abbate responderetur requi-
 rendam esse patris voluntatem, non esse sui
 iuris abstrahere invitum, qui se ultro servitio
 Dei dicasset, tandem ipsemet magni furoris zelo
 succensus non timuit violentas manus loco
 sancto inferre et patrem invitum ac renitentem
 abstrahere. Quod videns abbas, homo Dei, dixit ei
 libera voce coram omnibus: Quia tu, inquit,
 locum sanctum temerasti, et non nobis, sed
 Spiritui sancto contumeliam ingressisti, ecce ab
 hodie post octo dies appello te ante tribunal
 eterni iudicis, ibi mihi respondebis super his
 ausibus tuis. Hec ille audiuit quidem, sed aures
 surda pertransiens discessit. Cum ecce septima
 die advesperascente obiit ille bonus abbas, cum
 cum prepositus ille pulsari audiret omnibus
 campanis sicut moris est, misso nuntio inter-
 rogavit, quidnam hoc esset, sed cum de morte
 abbatis conⁿspicerisset, vehementissime expavit et
 ilico correptus febribus solam noctem illam super-
 vixit, ut prophetia eius impleretur, qui pre-
 dixerat cum octava presumptionis sue die

fol. 88, p. XXVIII

Ubrugga. P